

1422. ii 3. Julii

Ex Libro Privilegiorum
Capit. Gracov.

479.

Donatio certarum Mensurarum de
Molendino, et rota textorum seu fo-
luz in Piscina Episcopali inferiore,
secus viam versus gram in Subur-
bio Bodzantinensi consistent, Fran-
coni Molendinatori per Albertum
Jastrabiecz etc: fact:

In Nomine Domini Amen. Ad per-
petuam rei Memoriam. Quia tunc mal-
tarum Dubietatum, et oblivionum pruden-
ter occurrimus dispendio, dum gesta verum
literarum testimonio, ac testium annotatio-
ne perhen. Proinde Nos Albertus Dei
Gratia Episcopus Fraconiensis Regi Bo-
louis Cancellarius Supremus. Significa-
mus tenore presentium quibus expedit
Universis, presentibus et futuris, noti-
ficiam presentium habituris. Quomodo
multarum prohibitarum merito perpen-
dentes, industrii viri Franconis Mo-
lendinatoris et Carpentarii nostri Bo-
dzantinensi, ad servitia et labores, quos
nobis in bonis Ecclesie nostre, et pre-
sertim in castro nostro Bodzantinensi
diversa edificia in eodem, et in Subli-
mitate tumis castri ejusdem laborant,
et construendo, et tegendo, propriis suis im-
pensis

pensis fecit. Et in futurum propiciante Do-
mino facere est paratus; horum et aliorum
plurimorum meritorum, et probitatum sua-
rum intuitu, volentes exinde reddere conso-
latum, et ad nostra servitia hujusmodi
et labores continuo efficere promptio-
rem, sibi et suis successoribus legitimi-
mis in Molendino nostro in piscina infe-
rio secus viam que ducit in Urbem
in Suburbio Bodriantiniensi sito, tertiam
siliginis, et tritici, quartam vero nobis Pra-
sei metretas, et quatum denarium de
textorum vulgare Folus, pro nobis
et successoribus nostris Episcopis Fraco-
visibus duabus siliginis, et tritici, et
tribus brasei metretis, ac tribus dena-
riis de Rota textorum ipsius reservat
jure et titulo hereditario in perpe-
tuum dedimus, donavimus, et tenore
presentium damus et donamus, per
Prefatum Franconem et suos successo-
res, predictas Metretas et denarium, una
cum molendino jam dicto perpetuis
temporibus tenendum, habendum uti fru-
endum, et possidendum, pacifice et quie-
te, ac alienandum, quietandum, donan-
dum, vendendum, meliorandum et ad
usus suos beneplacitos convertendum
nostra

481.

nostra tamen et successorum nostrorum
prius requisita voluntate, pariter et
consensu; ratione vero huius donationis
nostrae, prefatus Franco Molendinator
et eius Successores, pro nostro et successorum
nostrorum Episcoporum, ac Domini
Nostrae Regis adventu in Bodzanciu,
duntaxat Mensas et scamna emendare,
parare, et aptare tenebantur. In quo
vum testimonium sigillum nostrum
praesentibus est appensum. Actum
et Datum Bodzanciu in festivo Vi-
sitationis Sanctae Mariae, Anno Do-
mini Millesimo quadringentesimo Vi-
gesimo Secundo. In presentibus honorabili-
bus, et Nobilibus Viris Jaschione
Canonico Praconienii, Alberto Othira
in Bolechowicze Rectoribus Ecclesiarum
et Notario de Karoy, Petro de Sokotow
Militibus, Jacusio Smilowsky Capiteo
Radoviensi, nostris familiaribus, et
aliis pluribus fide dignis. etc.

81

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]